Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



dnō suo pdicto magrō chronicorū

uocabula xii. quae hoc ordine
disposita est. Juxta numerum
dierum quibus luna zodiacum
peruolat xxvii lineas habet in
longitudine nominibus signorū
ante. nominibus uero mensis
retro adnotatis. Utqui signorū
Imperitus est. ex mensium tamen
notitia possit inuenire quod querit;
X uero et viii habet in latitudi
ne lineas quae ordinem decenno
uennalis circuli supra adnotato
annorum numero pmonstrat;
Cum igitur anno quolibet diemquē
libet. quo in signo. uel cuius men
sis in partibus lunae habeatur.
scire uolueris. aperto codice nota
litteram quae eidem sit ppposita
diei. et recurrens ad regularem
paginam in qua litterarum est
distincta congeries. eodemque
statim anno extitulo frontis inuen
to illam quamquaerebas litterā
eiusdem diei inuenies. atq; ante
ac retro inspiciens qd signum
quemue mensem erigione habeat
adnotabis; Ponamus aliquod quo
ad celera lector conualescat exem
plū: Quaeris ubi sit luna. uerbi
gratia in kt aprt anno sexto
circuli decennouennalis. aperi
codicem et quaere diem kalenda
rum memoratarum. Inuenies
e litteram pscriptam. recurre
ad paginam regularem uidet
annum sextum perspecto alpha
beto e litteram repperies.
Circumfer oculos ad latera hinc
geminorum extrema. illinc
iunii mensis initia deprahen
der esse notata; et siue eruditus
siue simplex es lector. palamte
qd cupiebas inuestigasse lsaberis.
Insuper et toto illo anno quibus
cumq; diebus e litteram uideris
a scriptam siue crescentem seu
decrescentem in hisdem caeli
partibus lunam noueris esse
conuersatam; Non enim hoc
argumento in detrimento ac
cremento suae lucis. in aduerso
an in contu solis sit posita luna
requiris. Sed si et hoc scire desi
deras ad erit argumentum
usitata aegyptiorum obser
uatione traditum;